Nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone ad humilem supplicacionem per vos nobilem et dilectum nostrum Johannem eximini de Urrea nobis factam
Concedimus quod de cetero sit mercatum qualibet septimana die mercurii in populacione seu villa vestra de las Alcoras in Regno Valencie situatam. Ita quod omnes venientes ad ipsum mercatum
veniant et sint salvi et securi cum omnibus rebus suis et bonis quas secum detulerint in veniendo stando ac eciam redeundo. Ita quod non pignorentur marchentur detineantur seu capi
antur culpa crimine vel debitis alienis nisi sint malefactores seu banniti aut principaliter vel fideiussorio nomine obligati. nec eciam in hiis casibus quando sint debitores vel fideiussores
nisi prius de ipsis fatica inventa fuerit de directo. Hanc autem graciam facimus sine iuris preiudicio alieni. Mandantes per presentem Cartam nostram universis et singulis officialibus nostris
presentibus et futuris quod hanc concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant inviolabiliter observari. Et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.
Datum Valencie Quarto nonas Marcii Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexto.

Signum Jacobi dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac Comitis Barchinone.

Testes sunt.

Jacobus de Xericha.

Jacobus Petri.

Gombaldus de Entença.

Johanes Eximini de Urrea.

Berengarius de Entença.

Signum mei Guillelmi Augustini scriptoris domini Regis predicti qui mandato ipsius michi facto per venerabilem Petrum de Morello vicecancellarium eiusdem domini Regis
hec scripsi et clausi loco die et anno prefixis.

Alcalaten.

Leg.º 1º } B.
N.º 3

p[ro]hibicio et aloora que p[er]nia
... aquells que
... al dits lugar

A xij

~~Num.~~ 3.ª 1306

Tenenc.ª de Alcalaten

Leg.º 1º
Num.º 3 B.

Alm.º 1º Caxon 1º Num.º 57

N.º ~~85~~

~~...~~

PIV 22/5

Año 1306.

Tenenc.ª de Alcalatén

~~Leg. 1º Num. 3. B. 1º~~ vale d3

P 1428/5

Privilegio del Rey D.n Jaime segundo concedido á la Villa de Alcora para Mercado en los Miercoles de cada semana

Leg.º 1º
Num.º 3. B.

Leg. 1º Num. 3 D. 1º

+

P 1428/5

Copia de un Privilegio del Rey D.n Jaime por el que concede q. en la Villa de Alcora se celebre Mercado en el Miercoles de cada semana.

Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Valençie Sardinię et Corsicę, ac Comes Barchinonis, ad ~~vib~~ humilem supplicationem per vos nobilem et dilectum nostrum Joanem Eximenium de Urrea nobis factam Concedimus quod de ~~[illegible]~~ cetero sit Mercatum qualibet septimana videlicet die Mercurii ~~imp~~ in popula seu villa vestra de las Alcoras in regno Valençię situata. Ita quod omnes venientes ad ipsum Mercatum, veniant et sint salvi et securi cum omnibus rebus suis et mercibus quas secum detulerint, in veniendo, stando, ac etiam redeundo; sic quod non pignorentur, marchentur, detineantur seu capiantur culpa crimine vel debitis alienis nisi sint malefactores, seu baniti, aut principaliter vel fideiussorio nomine obligati nec etiam in ahis casibus quando sint debitores vel fideiussores, nisi prius de ipsis fatica inventa fuit de directo. Hanc autem gratiam facimus sine juris perjudicio alieni. Mandamus per presentem Cartam nostram univerſiſ et singulis officialibus nostris presentibus et futuris quod hanc concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Datis Valentię quarto nonas Martii anno millesimo trescentesimo sexto.

Signum Jacobi Dei gratia regis Aragonum, Valentię, Sardinię, et Corsicę, ac Comitiſ Barchinoniſ &.

Teſteſ sunt: Johaneſ exi. de Urrea. Jacobuſ de Xericha. Jacobuſ Petri u Gombalduſ de Entenza. Bug de Entenza.

Signum mei Guillelmi Augustini escriptoriſ domini regiſ predicti, qui mandato ipsiuſ michi facto per venerabilem Petrum de Morello Vise-Cancellarium ejusdem Domini regis. Hec scripsi et clausi loco die et anno p̄fixis.

~~N. 3. B~~ Tenenc.ª de Alcalá

Copia del Privilegio de Mercado para Mora año 1306

Leg.º 1.º

Num.º 3. B.

GOBIERNO DE ARAGON